



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

25. An saltem generalis religionis possit præcipere subidito, ut
Episcopatum acceptet? Ex p. 6. t. 8. & Misc. 3. r. 33.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

De Dubiis Regularium. Resol. XXIV. &c. 17

qui adducit verba priuilegij diei Innocentij Papa, & idem sic afferit: Abbatibus non est interdictum campanas ad vsum alterius loci consecrare, vt docet communis praxis, & consuetudo. Videmus enim actu Abbes habentes vsum Pontificalium, consecrare campanas yddecumque ad eos ad hunc effectum delatas. Et idem dicendum puto de Altaribus portatibus, de corporalibus, & vestibus, &c. Ita Tamburinus. Vide etiam Riccium, virum quidem doctum, sed in hoc libi contrarium *in collecti*, part. 4, col. 955. qui male citat pro hac sententia Maceratensem.

3. Quidam confecciones campanarum etiam idem dicendum est ex priuilegiis Vibani II. & Pauli III. quae referuntur a Tamburino *vbi suprā* q. 12. & a Renato Chopino *in Monast.* lib. 1. tit. 2. num. 18. Ex quibus omnibus priuilegiis sententiam in fauorem Abbatum tenuit Sacra Cardinalium Congregatione, ut testatur noster Pater Naldus *in summ. ver. Abbas*, num. 4. *vbi* sic afferit: Abbas benedictus mitra, & baculi pastoralis vsum habens, ex Sacra Congregatione declaratione non potest se ingerere in illis benedictionibus, in quibus vncio requiriatur. Dubitatum vero fuit, an huicmodi declaratio, seu prohibicio, si intelligenda de omnibus Abbatis etiam Regularibus, & qui gaudent priuilegiis amplissimis, pro benedictionibus altarium, calicum, & huiusmodi, & eadem Sacra Congregatione, instante Procuratore Generali Congregationis Caffinensis, & exhibente summariu[m] priuilegiorum, & gratiarum eiusdem, declarauit in hac verba, videlicet Decisionem, alias a se editam, ut Abbates vicecumque benedicti, benedicere non possint ea, in quibus vncio requiriuntur, non obstat quominus iidem praedictae benedictioni munus quoad ea, in quibus vncio requiriuntur, impendere queant, si specialibus Sedis Apostolice priuilegiis, quibus Concilium Tridentinum nequam derogat, munici fuenterint. Datum Romae die 10. Nouembris 1614. Hec omnia Naldus.

4. Notandum tamen est cum Miranda *vbi suprā* quod supradicto priuilegio non perfuntur, nec perfici possunt aliae Religiones, priuilegium etiam habentes communicationis. Nam praedicti Abbates sunt benedicti, & in suis dominibus & Monasteriis habent iurisdictionem, quasi Episcopalem, & secundum ius, ac priuilegia multa sibi conceduntur, que non conuenient, nec conceduntur Praelatis aliarum Religionum, quod est multum notandum, ac memorie commendandum; nam in his, & similibus non fit communicatio, cum non militet eadem ratio.

RESOL. XXIV.

An Praelati nostra Religionis, & aliarum possint benedicere paramenta, non solum nostrarum Ecclesiarum, sed etiam exterarum: Exp. 3. u. 2. Ref. 40.

§. 1. A Ffirmatiu[m] sententiam docent Peirinus de Relig. tom. 1. cōf. 1. Inly 11. s. 19. n. 44. Rodri. in q[ua] Regul. tom. 1. q. 16. art. 2. Miranda in manu[m] Praelatorum, tom. 1. q. 40. art. 1. & in nostris priuilegiis part. 1. tit. Benedicere, §. 2. sic habetur. Praepoliti nostræ Congregationis, & in eorum absentia quilibet habens principale regnum cuiuscumque nostra domus, & Ecclesia, possim benedicere paramenta, corporalia, ornamenta, & alia quæcumq[ue] ad diuinum cultum pertinentia, vnde cumque eis delata, etiam ad vsum nostrarum Ecclesiarum non pertinet. Innocentius VIII. S. Iustina de Padua, ut ha-

Tom. VIT.

betur in compendio Societ. Iesu, *sit benedicere*, s. 2. & in compendio Minorum eodem titulo, & nota Cabacini, *si suis Adnotat, sit benedicere Ecclesiastica*.

2. Sed his non obstantibus Bartholomeus Gauantus *in comment. rubr. Missal.* tom. 1. part. 4. tit. 19. n. 21. adducit Decretum sacra Ritu[m] Congregationis die 24. Augus[ti] 1609. quo caetur, Praelatos Regulares non posse benedicere paramenta Ecclesiarum sibi non subiectarum, sed aliqui afferunt de hac responsione non constare autheticæ, & Tamburinus Roma editus *de iure Abbat.* tom. 1. disp. 2. 2. q. 2. n. 2. p[ro]t[er]at supradictum Decretum Congregationis procedere fclu[m] confuetudine, & vnu[m] dictorum priuilegiorum

3. Verum, iterum Gauantus *vbi supra*, in noua editione n. 22. afferit sacram Congregationem die 18. Augus[ti] 1629. abrogasse dictam confuetudinem,

RESOL. XXV.

Au saltem Generalis Religionis possit præcipere subditos, vt Episcopatum acceperit: Ex p. 6. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 33.

§. 1. P ro parte affirmativa faciunt quædam verba Sancti Magistri in 2. 2. q. 85. art. 2. ad 3. vbi ait, votum emitentes teneri obedire Superiori Prælato obliganti ad acceptandum Episcopatum. Item docet Richardus quodl. 3. q. 2. 1. D. Antonin part. 3. tit. 20. c. 2. 8. 6. Angelus verb. Electio, n. 30. & ibi Armilla n. 37. Sylo ester q. 19. & alij. Deinde confirmatur, Prælatus Religionis potest obligare subditum ad acceptandum beneficium habens adiunctam curam animarum. Ego & Episcopatum videtur enim æquals ratio.

2. Sed his non obstantibus ego prorsus negativam sententiam tenendam esse puto. Ratio est, quia Religiosus tenetur obedere Prælato in iis quæ sunt secundum Regulam. At fieri Episcopum non est secundum regulam, nec ad regularem vitam pertinet, immo ab illa eximit, & prorsus contra rationem est, posse Prælatum id subditu[m] præcipere, per quod ille ab eius obedientia eximitur.

3. Tum quia potestas, quam habet Prælatus Religionis ordinatur per se ad commune bonum Religionis, aut bonū particulae subditū, nec ex vi officij habet communī Ecclesie necessitati prouidere. Sed Episcopatus non ordinatur ex se ad bonū Religionis aut subditū, sed ad commune bonum Ecclesie, ergo.

4. Tum etiam quia Prælatus secundum D. Bernardum in libro de præcepto, non potest augere votum subditū sui, at in promotione ad Episcopatum valde augetur votum Religiosorum, cum ascendar ad dignitatem altioris perfectionis, & extra ordinem Religiosus iniuitus trahatur. Igitur dicendum est non posse Generale alicuius Religionis præcipere alicui Religioso subditū, vt acceptet Episcopatum; quia nec illa est materia voti obedientiae; vt probatum est, nec iurisdictio Generalis ad hoc extenditur, quia non est proportionata materia obedientiae, & vita regulari; unde solum Generali demandata est cura suæ Religionis, non autem vniuersalis Ecclesie, ad quem spectat Episcoporum proutus. Et ita nostram sententiam docet ex Dominicanorum familia Pater Lud. Lopez in instruct. Sacerdot. part. 1. c. 56. E societate P. Suarez de Relig. tom. 3. lib. 10. c. 10. n. 22. & Pater Sanchez in summa, tom. 2. lib. 6. c. 2. n. 49. Castrus Palau tom. 3. tract. 1. 6. disp. 4. part. 5. n. 1. quibus adde etiam Faustini Trosauro Religiosorum, lib. 6. q. 95. vide etiam Layman lib. 4. tract. 5. cap. 9. num. 10.

5. Nec obstant in contrarium adducta, nam ex rationibus allatis dicendum est nomine Prælati D.

B. 3

Thomam

Thornam intelligere Pontificem, ut optimè notat Faustus, & Sanch. locis citatis ex Soto de iuf. lib. 10. q. 2. art. 2. Ad confirmationem respondeo negando paritatem rationis, nam per Episcopatum ita mutat Religiosus statum, ut subtrahatur ab obedientia Praelatorum Religiosis, & quodammodo desinat esse membrum illius corporis, argumento cap. 18. q. 1. per inferiora autem beneficia non sit tanta mutatione; sed potest Religiosus manere sub obedientia sui Praelati, quamvis beneficium habeat. Est autem difficile intellectu, quod Praelatus possit praecipere subdito aliquid, per quod subtrahatur à sua obedientia; facile autem, quod praecipiat ministerium sub obedientia sua exerceendum. Deinde in statu Episcopali multo magis est periculi, quam in inferiori, non solum maiorum obligationis, sed etiam propter maiorem libertatem, honorem, potentiam, & rerum abundantiam; in quibus omnibus magis distare videtur ab humili Religiosorum statu. Rursus Religiosus semel factus Episcopus, non potest per voluntatem Superioris, Episcopatu priuari ut per se confat; potest autem priuari beneficio inferiori, etiam sine speciali causa. Cæteras autem rationes videbis apud Suarez, ubi supra, unde sine fundamento aliqui his diebus circa præsens dubium loquuntur sunt.

RESOL. XXIV.

An Religiosus factus Episcopus sit liber ab obseruatione Votorum? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 61.

Sup. hoc in §. 1. **C**ommuniter negatiuè respondent, sic D. Ref. seq. & in Thom. in 2.2. quest. 185. art. 8. & quest. 88. alii eius artic. 11. ad 4. D. Bonaventura in 4. dis. 38. Sotus prima not. lib. 10. quest. 5. art. 7. Sylvestre ver. Keligio 7. num. Pro parte.

11. Rodriguez tom. 2. quest. 58. art. 3. Sylvius in

2.2. quest. 185. art. 8. concl. 1. Valerus in dis. vir.

fori, ver. Regularis, differ. 5. Toletus lib. 5. c. 4. n.

24. & alij quibus ego libenter adhæreo ex cap. de

Monachis, 16. q. 1.

2. Non desinam tamen hinc adnotare contrariam sententiam probabilem à multis existimari, & ita illam vocat Villalobos in summa. tom. 2. tract. 35. diffe. 40. num. 6. ubi sic ait. [Algunos tienen que el Papa dispensa con los Obispados Religiosos en los votos, así lo tiene Bobadilla, que fue Padre muy docto de nuestra Orden, el fundamento de la sentencia es en texto en el c. statutum. q. 1. que dice.] Statutum est, & rationabiliter secundum Sanctos Patres à Synodo confirmatum, ut Monachus, quem Canonica elección a Iugo Regula Monastica professionis ab-

sup. hoc in soluit, & sacra Ordinatio de Monacho Episcopum

tom. 4. tr. 7. fecit, velut legitimus heres paternam sibi hereditatem postea iure vindicandi potestatem habeat, [y

ha se aqui de ponderar la palabra *absolutus*, y la palabra *legitimus heres*, y la palabra, *sibi*, y aun la palabra

Ex supradictis & in alio de Monacho Episcopum fecit; que parece, que diga,

§ eius not. & que dexa de ser Frayle. Esta sentencia es probable, y

legge practicatum, q. à si alguna le contentara mas etfa, que otra opinion,

principio, & podra responder al c. de Monachis, que se entienda

§ eius p. de decencia, y no obligacion. Y à la razon de con-

gruencia de S. Thomas, puede responder, que

como el Religioso, que se pasa de Orden menos

estrecha, à la que es mas, no queda obligado à las

cosas de perfection de las que dexo, que basta car-

garle de las nuevas, así es à qui. Y como el Reli-

gio, à quien hazen Papa, no esta obligado à las co-

sas de la Religion, así el Obispo.] Ita Villalobos, &

ante illum absolute docuit hanc sententiam Medina de sacr. homin. contin. lib. 5. cap. 26. & 27. cum Angles in 4. quest. de voto, dub. 6. concl. 1. & confequerter Ouandus in 4. dis. 38. propos. 17.

RESOL. XXVII.

An Religiosus factus Episcopus efficiatur Dominus reditum Ecclesiasticorum, & absolviatur à votop. pertatis?

Et an praeditus Episcopus possit libere testari de bonis patrimonialibus, & ex industria acquisitis?

Et an dictus Religiosus Episcopus teneatur saltem sub veniali ad obteruandas regulares que Pontificis muneri non obstant.

Et infertur Religiosum Episcopum, si edat carnes fr. 6. in qua Natalis Domini incidit contraria, quod precipit in sua regula, non peccare etiam Episcopus esset ex Fratribus Minimis.

Etiamque non teneri Officium diuinum iuxta sua Regule ritum soluere.

Et si Religiosum Episcopus omittat habitu sua Religiosis, & assumat exteriorem Episcopalem, tunc non incurrit excommunicacionem la. an contra dimisit habitum sua Religionis. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 50.

§. 1. **H**ic casus frequenter accidit, & licet negatiuè sententiam teneant 4.2 DD. quos cit. & sequitur Sanchez in summ. to 2. lib. 6. c. 6. n. 8 quibus ego addo Tannerum in 2.2. D. Tr. dilig. 5. q. 4. dub. 6. n. 13. Sanctarellus tr. de Apostolac. 6. dub. 3. n. 20. C. nedo de paupertate relig. dub. 4.3. & Barbofan in collect. 10. 4. p. 2. causa 18. q. 1. n. 13. Barthol. à S. Fausto in Thib. Relig. lib. 6. q. 190. quia vota a talibus Episcopis in Religione emissa non laxantur, nec limitantur, nisi quatenus obslane muneri Episcopali, unquam maior bono; sed muneri Episcopali non obstat paupertatis votum, & abdicatio domini, dummodo tales Episcopi habeant liberam administrationem omnium bonorum Ecclesiasticorum, ut ea in quolibet usus decentes expendant, ergo, &c.

2. Attamen his non obstantibus, contraria sententiam puto esse probabilem, quam ex Dominicorum familia docet Soto de iuf. lib. 10. q. 4. art. 2. ad ult. & ex Soc. Iesu v. Valsq. in p. 2. q. 96. art. 4. dis. 169 c. 8. n. 91. in fin. & n. 104. Palacius, Medina, Angles, & alij. Et si haec opinio non efficit probabilitas & negativa efficit tenenda, sequeretur quod alij deberent Episcopi si peruvanæ consumpta restituere, atque ab ipsiis accipientes etiam restituere tenerentur. Dicendum est igitur Religiosum ad Episcopatum afflumppum eximi à paupertate voto, efficie verum dominum redditum Ecclesiasticorum, instar Episcoporum laiculorum, ex quorum numero est, quia eodem modo adiudicatur sua portio Episcopo seculari, ac regulari, cum liberata transferendi in aliud, dominij administrationem. Ex his patet posse libere superdictos Episcopos testari de bonis patrimonialibus & ex industria acquisitis. Vide Villalobos in summa. tom. 2. tract. 35. dub. 40. n. 6.

3. Sed queret aliquis, an dictus Religiosus Episcopus teneatur saltem sub culpa veniam ad obteruandas Regulares, que Pontificio muneri non obstant, immo valde conferunt, vt potest quæ inveni ad promouendam, & custodiendam perfectionem, quam Episcopalis status profiteatur, vt sunt oratio, & abstinentia moderata, &c: Respondeo negatiuè, & ita docent Sanctarellus ubi Juxta numer. 17. Lellius